



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. II. De illustribus hominibus, qui in hac Basilica requiescunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

*S. Anton. Ar-*  
*diops. Flor. &*  
*Paul. Cortes. in*  
*lib. de Cardina-*  
*lat. gent. Sa-*  
*bril.*  
*Ciac. Platina.*  
*Honoph. & ma-*  
*nuscrip. Vatic.*  
*in vita ipsius*  
*Honorij Tertij.*  
silica aluit, cuius Canonicatum possedit, ve-  
lut ex ijs, qui de summis Pontificibus tradi-  
derunt, & Ciaccon. *Qui adolescens in Eccle-*  
*sia Patriarchali S. Mariæ Maioris educatus*  
*eiusdem etiã Canonicus primum fuit. An. 1227.*  
*15. Kal. Aprilis nocte sequenti, feria sexta hebdo-*  
*mada quinta Quadrages. obiit Romæ Honorius*  
*Papa Tertius sepultus ante aram Præsepj in Ba-*  
*silica S. Mariæ Maioris, anno Pontif. sui 10.*  
*mens. 8. vitam egit, ut bonum Pastorem dece-*  
*bat. vacavit sedes diem unum.*

*Honoph. & Ciac.*  
*in vita Innoc.*  
*III. à quo crea-*  
*tus fuit Cardin.*  
*anno 1206. Pöt.*  
*sui 6. & in vita*  
*Honorij III.*  
Petrus Saxo Anagninus, Cardinalis titu-  
li sanctæ Pudentianæ Canonicus extitit, sic  
initio Missalis cuiusdam Angeli de Tusca-  
nella: *Petrus Saxo Canon. S. Mariæ Maioris,*  
*Stephanus Palosius Canonicatum tenuit,*  
*exin Tudertin. Episcopus, talis Basilicæ Vic-*  
*arius, & Cardinalis tit. S. Marcelli, atque*  
*eiufdem Archipresbyter est creatus: Step-*  
*hanus Palosius Normandus, Romanus ex Canonicis*  
*S. Mariæ Maioris Episcop. Tudertinus, Papeq,*  
*in Vrbe Vic. Presb. Card. tit. S. Marcelli, post*  
*S. R. E. Camerar. & S. Mariæ Maioris Archi-*  
*presb. Obijt Romæ 3. Kalen. Maij, anno 1398.*  
*Pontif. Bonif. IX. humi ad S. Mariam Maiorẽ*  
*sepultus cum tabula marmorea, eius insignia, &*  
*inscriptionem habente. Hic iacet, &c.*

*Ciac. & Ho-*  
*noph. in vita P-*  
*boni VI.*

*Ciac. & Ho-*  
*noph. in vita*  
*Pauli II. in sua*  
*6. Card. ordin.*  
Franciscus Argentinus Venetus, Episcopus  
Cöcordien. Iulij II. Darius, talis Eccl.  
Canon. tenuit, anno verò 1511. ab eodem  
Pont. Card. effectus, eodẽ anno est mortuus.  
Silivius Passerinus Cortonenf. Protonot.  
Apost. & Papæ Darius, fuit huius Basil.  
Canon. & à Leone X. Card. creatus tit. S. Laurẽ-  
tij in Lucina anno 1517. obiit anno 1529.  
in cuius sepulchro hac perleguntur:

*Hon. & Ciac.*  
*in vita Leonis*  
*X. ad Clem.*  
*Papam 7.*

SILVIUS PASSERINVS ARCHIEPISC.  
COSENT. IPSIVS CARD. E X NICO-  
LAO PASSERINO, E T FRANCISCA  
HIERONYMI BORBONII MARCHIO-  
NIS MONTIS S. MARIAE, FILIA CON-  
IVGIBVS PRONEPOS PATRVO MA-  
GNO BENEMERENTI, ATQVE SIBI  
ADHVC VIVENS, AC DE MORTE  
COGITANS FACIENDVM CVRAVIT  
ANNO DOMINI. M. D. LXXXVII.

*Ciac. & Hon.*  
*in vita Pauli 3.*  
*vatic. & lo. An.*  
*Petrus Mellin v-*  
*ta Sixti V.*  
Iacobus Sabellus Diaconus Cardinalis  
sanctæ Lucie in Silice, postea Sanctorum  
Cosmi, & Damiani, huius Basilicæ Cano-  
nicatum retinuit, velut ex Archiuio, anno  
1538. & Paulus Papa III. ad Cardinal. eue-  
xit anno 1539. extintus est anno 1587.  
Marcellus Crescentius Romanus, Rotæ  
Auditor, Episcopus Marfi, fuit sanctæ Mariæ

*Honoph. & Ciac.*  
*in vita Pauli*  
*Pape III.*

A Maioris Canonicus, & à Paulo Tertio Car-  
dinalis creatus, mortuus est anno 1552.  
Innocentius Bubalus Romanus, Vtr. Sig.  
Referendarius, & Episcopus Camerinenfis  
apud Regem Christianissimum pro Sede  
Apostolica Nuncius, & huius Ecclesiæ Vi-  
carius, tandem à Clemente Octauo Pont.  
Max. est Cardinalis creatus, & ex hac vita  
migravit anno . . . . .

Camillus Burghefius Romanus, Vtr. Sign.  
Referendarius, Bononiæ Gubernator, Camerę  
Apostolicæ Auditor, & à Clemente VIII.  
in Hispaniam Nuncius Apostolicus missus,  
postea ab eodem Pontifice ad Cardinalatum  
trahuctus, tituli sancti Eusebij, postea tituli  
sancti Chrysogoni, ex quo etiam ad Pontifi-  
catum nomine Paulus V. talem Ecclesiam  
circiter duodecim annos Vicarius moderatus  
est, & in suo felicissimo Pontificatu apertum  
testimonium tulit erga hanc Basilicam pie-  
tatis, velut partim ex dictis, partim ex di-  
cendis patebit.

**DE ILLVSTRIBVS  
HOMINIBVS,  
Qui in hac Basilica requiescunt.  
Caput II.**

**DE ILLVSTRIBVS  
HOMINIBVS,  
Qui in hac Basilica requiescunt.  
Caput II.**

**B**ENEDICTUM modo consequi-  
tur, ut de Principibus Vi-  
ris, qui in illa obdormiunt  
eodem pacto indicemus.  
Cardinalis Sirletus in san-  
ctæ Mariæ Maioris tra-  
ctatu narrat ex libro Vaticano desumpsisse  
Benedictum Decimum Antipapam in hac  
Basilica humatum esse. Sic enim scribit:  
*Vetusto quodam libro Bibliot. Vatic. de Vitis Pont.*  
*legi Benedictum X. pacificata causa priuatum apud*  
*hanc Basilicam obijisse, & in ea sepultum esse anno*  
*Domini 1059. iacet in terra inter Altaria Præ-*  
*sepis, & Diui Hieronymi.*

Quod in manuscriptis Archiuji ante Sir-  
letum apparet: *Benedictum X. Pontificem iam*  
*priuatum apud hanc Basilicam obijisse, extat in ve-*  
*tusto libro in Bibliot. Vatic. & in ea sepultum pro-*  
*pe Altare Præsepis anno Domini 1059.*

Nimirum ante Sacelli Sixti Quinti ingres-  
sum in Pœnitentiariorum Nauis, idem Ciac-  
con. in eiusdem Benedicti Vita: *Apud Eccles.*  
*S. Mariæ Maioris sacerdotio priuatum manere*  
*iussit ubi paulo post 5. Idus Aprilis animi dolore*  
*confectus ibidem moritur, & sepellitur:*

Necnon Petrus Damianus Cardinalis ad  
Mediolani Archiepiscopum scribens.

O Honorius

*De hoc Benedi-*  
*cto vide Platina,*  
*Honoph. & ma-*  
*nuscrip. Vatic. in*  
*vita Nicolai II.*  
*qui in Pontifice,*  
*vixit ann. 2.*  
*Month. 6. & dies*  
*2.*

*Legit etiam Leon.*  
*Hofron. historia*  
*Cassianis lib.*  
*62. cap. 102. &*  
*Ciac. in vita*  
*Nicol. 2. & in*  
*vita dicti Bene-*  
*dicti, & Ciac.*  
*loquitur de ip-*  
*sius sepult. anno*  
*1059. 5. Idus*  
*Aprilis Vide etiam*  
*Pet. Dam. qui*  
*eo temp. vixit.*

S  
A  
I  
O  
D  
S  
s  
&  
per  
loco  
atur  
onica  
erati  
Al-  
tibus  
xima  
tam  
er  
Vr-  
erca-  
atori-  
o eius  
s 20.  
c Ba-  
ca

*Plat. et manuscr. Vatic. de Vitis sum. Pont. sub n. omni Damasci qui dicitur cepisse Pontif. an. 1216. 17. Cal. Aug. & vixisse ann. X. Mens. 8. obiit apud S. Mariam Maiorem an. 1227. 15. Cal. Aprilis. S. Ant. Archiep. florent. & Paul. Cortes. in lib. de Cardinalat.*

Honorius Papa Tertius in tali Basilica est sepultus vt per Ciaccon. Anno Dom. Natiuit. 1227. 15. Calen. Aprilis, nocte sequenti feriam 6. hebdo. s. Quadr. obiit Roma Honor. Papa III. sepultus ante Aram Praesepis, in Basil. S. Mariae maioris. Anno Pontif. sui x. mense 8.

Nicolaus Quartus Pontifex etiam ipse ante paruum ostium humi quiescit versus sanctam Pudentianam respiciens, sic Cardinalis Sirletus: Nicolaus IV. iacet in terra prope Portam minorem, exeundo à Basilica versus sanctam Pudentianam, habetque iniectum epitaphium, quod ita legitur.

HIC TVMVLVS TVMVLAT HVMI-  
LEM QVI FASCIBVS AVCTVS,  
SIC MORIENS STATVIT OSSA  
MANERE SVA.  
HVNC FRANCISCVS ALIT CARDO  
VT SIT, ALMAQVE PETRI  
SEDES MAGNIFICAT GRATIA  
DEI BEAT.

QVARTVS PAPA FVIT NICOLAVS C  
VIRGINIS AEDEM  
HANC LAPSAM REFECIT, FITQ.  
VETVSTA NOVA.  
PETRVS APOSTOLICVS SOCIVM  
FRANCISCVS ALVMNVN  
PROTEGAT OMNIPOTENS MA-  
TRE ROGANTE BEET.

*De translatione corporis Nicolai Papa IV. in archibus pulcherrum instrum. confer. vide etiam Honor. de Cam. e. 12. in fin. vbi haec verba leg. ad S. Mariam maiorem conditi sunt Bened. X. Honor. III. prope Praesep. & Nicolai IV.*

Ex quo loco Cardinalis Montalto, postea Sixtus Papa Quintus, ad Aram maximam dextrum cornu traduxit, vbi pulcherrimum sepulchrum cernitur, cum talis Pontificis effigie ex pario marmore, nec non alijs staturis eadem materia, & arte exculptis, & haec verba sunt impressa.

NICOLAO IV. ASCVLANO PICE-  
NO PONT. MAX. CVM IN NEGLE-  
CTO DIV SEPVLCHRO FERRE LA-  
TVISSET, FR. FELIX PERETTVS  
CARDIN. DE MONTEALTO IN ORD.  
ET PATRIAM PIETATE POSVIT. E  
M. D LXXVIV.

NICOLAVS IV. ORD. MIN. PRO-  
FESSVS PHILOSOPHVS, ET THEOL.  
EGREGIVS, CONSTANTINOPOLIM  
A GREGORIO X. MISSVS, GRAECOS  
AD ROM. ECCL. COMMVNIONEM,  
TARTAROS AD FIDEM REDVXIT,  
POST S. BONAVENTVRAM GENE-  
RALIS SANCTITATE, ET DOCTRI-  
NA ORDIN. PROPAGAVIT. HIC. III.

ANVNCIVS INTER FRANCORVM, ET  
CASTELLAE REGES PACEM CONCI-  
LIAVIT, S. PVDENTIANAE CARD.  
LEGATVS HONORII IV. IN GAL-  
LIAM SENATORIAM P. R. DIGNI-  
TATEM SEDI APOST. RESTITVIT.  
FACTVS PONTIFEX REMPUBLICAM  
SVBLATIS DISCORDIIS COMPO-  
SVIT, CHRISTIANOS PRINCIPES SA-  
CRO FOEDERE IVNXIT. PTOLE-  
MAIDEM COPIIS ADIVVIT, PROBOS,  
ET ERVDITOS IN COGNATORVM  
LOCO TANTVM HABVIT. LATE-  
RANENSEM, ET HANC BASILICAM  
STRVCTVRIS, ET OPIBVS AVXIT.  
TANDEM IVSTITIA, ET RELIGIO-  
NE ORBEM TERRAE MODERATVS,  
MAGNA SANCTITATIS OPINIONE  
OBIIT PRIDIE NONAS APRILIS.  
M. CC XCII. PONTIFICATVS SVI  
ANNO QVINTO.

Qui locus praedicto Cardinali Montalto concessus fuit, velut ex Instrumento apparet: Die sabbathi tertia Ianuarij 1573. Cum diebus proxime elapsis in alma Basilica B. Mariae Maioris, opus fuerit de mandato, vt quidam postea asseruerunt, Illust. ac Reuer. Dom. Caroli Card. Borromaei eiusdem Basilicae tunc temporis Archiepiscopi effodere, & explanare quandam partem pavimenti existentem in ingressu porte ante, & prope Cappellam S. Francisci illorum de Capricchis, ad effectum adaequandi ipsam superiorem partem cum planitie partis inferioris ipsius Basilicae, & inibi humatum repertum fuerit corpus felicitis, & sanctae recordationis Nicolai IV. Pont. max. existens in quadam antiqua Urna cum sui nominis inscriptione, & titulo. Nec non prope ipsum sarcophagum cadaver recolenda memoriae Illustriss. & Reu. D. Petri Card. de Columna. Hac re cognita Illustriss. ac Reu. D. Felix Card. Montaltus personaliter in eadem Basilica se contulit, & intendens ex rationabilibus causis animum suum mouentibus, suis sumptibus, & expensis marmoreum monumentum eidem Pontifici erigere, & honorifice construi facere, maxima cum instantia petijt à DD. Canonicis, & requisivit sibi aliquem decentem locum assignari pro tam pio, & laudabili affectu adimplendo. Hinc est, quod praesente die superscripti RR. DD. Canonici capitulariter congregati, videlicet, Admodum R. D. Bernardinus Cyrillus Canonicus, & Vicarius, & ceteri alij, absente tamen D. Marco Antonio Piccolomineo egrotante, habitoque de super colloquio unanimiter, & nemine discrepante decreuerunt eidem Illustriss. ac Reuer. D. Cardin. assignan-

assignandum fore, & etiam locum ad petendum effectum sub organo dicte Basilicæ à fronte, iuxta Altare maius, prout de presenti assignant, accedente tamen beneplacito Illustriss. & Reuerendiss. D. Alexandri Sfortia, eiusdem Basilicæ Archipresbyteri, pro quo habendo deputauerunt Dominos Marcum Antonium Piccolomineum, & Iulium Otinellum, qui & eidem Domino Cardinali Montalto præsens decretum intimerent, & gratias de tam laudabili animi affectu, ac liberali largitione referrent.

Et Basilicæ manuscripta magis distinctè locum annotarunt, vbi Nicolaus Quartus fuit conditus: Nicolaus Quartus iacebat in terra, prope portam minorem à latere Tribuna. in hoc loco non erat porta ad sacellum Dominorum Columnensium, sicut & in alijs tribus angulis Basilicæ.

In hac Basilica etiam Pius Quintus Pontifex sepultus est; nimirum à Sixto Quinto ex Vaticano magna pompa translatus, & in eiusdem sacello repositus; in quo à dextera cernitur (quamquam præter consuetudinem, cum viuentes Pontifices soleant præcedere) cum effigie ex pario marmore egregiè exculpta, & historijs, atque talis Pontificis gestis exornata; cum hac inscriptione porphyreticis lapidibus impressa.

PIO QUINTO PONT. MAX.  
EX ORDINE PRÆDIC.  
SIXTVS QVINTVS PONT. MAX.  
EX ORDINE MINORVM  
GRATI ANIMI MONVMENTVM  
POSVIT.

Altera illi subiungitur his verbis.

PIVS QVINTVS GENTE GISLERIA BOSCHI IN LIGVRIANATVS, THEOLOGVS EXIMIVS, A PAVLO TERTIO IN INSVBRIA HÆRETICÆ PRIVATITATIS INQVISITOR, A IVLIO III. S. INQVISITIONIS OFFICII COMMISSARIVS GENER. A PAVLO IV. EPISCOPVS SVTRINVS, DEINDE S. R. E. TIT. S. MARIAE SVPER MINERVAM PRESB. CARD. ET A PIO IV. ECCLESIAE MONTISREGALIS IN SVBALPINIS ADMINISTRATOR FACTVS, EO VITA FVNCTO, SVMMO CARDINALIVM CONSENSV PONTIF. MAX. CREATVR, QVI VETÈRES SANCTOS PONTIFICES ÆMVLATVS, CATHOLICAM FIDEM PROPAGAVIT, ECCLESIASTICAM DISCIPLI-

A NAM RESTITVIT, TANDEM GESTARVM RERVM GLORIA CLARVDVM MAIORA MOLITVR, TOTIVS CHRISTIANAE REIPVBLICAE DAMNO NOBIS ERIPITVR. K. A. L. M. A. I. I. M. D. LXXII. PONT. ANN. VII. ÆTATIS SVÆ LXVIII.

Ad dexteram hoc narratur elegio.

B. SELINVM TVRCARVM TYRAN-  
NVM, MVLTIS INSOLENTEM VI-  
CTORIIS, INGENTI PARATA CLAS-  
SE, CYPROQ. EXPVGNATA, CHRIS-  
TIANIS EXTREMA MINITANTEM,  
PIVS V. FOEDERE CVM PHILIPPO  
HISPANIARVM REGE, AC REPVBL.  
VENETA INITO, M. ANTONIVM  
COLUMNAM PONTIFICIAE CLASSI  
PRAEFICIENS, AD ECHINADAS,  
HOSTIBVS XXX. MILL. CAESIS.  
C. X. MILL. IN POTESTATEM REDA-  
CTIS, TRIREMIBVS CLXXX. CAPTIS.  
XC. DEMERSIS. XV. MILL. CHRIS-  
TIANIS A SERVITVTE LIBERATIS,  
PRECIBVS, ET ARMIS DEVICIT.

Ad sinistram verò.

GALLIAM, CAROLO IX. REGE  
PERDVLLIVM, HAETICORVM-  
QVE NEFARIIS ARMIS VEXATA,  
D. V. T. DE REGNO, DEQVE RELIGIO-  
NE ACTVM VIDERETVR, PIVS V.  
SFORTIAE COMITIS S. FLORÆ  
DVCTV, MISSIS EQVITVM, PEDI-  
TVMQVE AVXILIARIBVS COPIIS,  
PERICVLO EXEMIT, HOSTIBVSQVE  
DELETIS VICTORIAM REPORTA-  
VIT. REGI REGNVM CVM RELI-  
GIONE RESTITVIT, SIGNA DE HO-  
STIBVS CÁP TA AD LATERANEN-  
SEM BASILICAM SVSPENDIT.

Ad rectum nobile sepulchrum Sixti V. Pontificis, Sacelli auctoris cernitur, cum statua ad viuum pario marmore effecta, nec non eiusdem Pontificis gestis, sub qua in lydio marmore, auro inculpa hæc verba notantur.

SIXTO QVINTO PONTIF. MAXIMO  
EX ORDINE MINORVM  
ALEXANDER PERETTVS S. R. E.  
CARDIN. VICECANCELL.  
EX SORORE PRONEPOS PERFECIT.

O 2 Etin-

Clare de Vita  
sum. Pont. Ioan.  
Ant. Petra mel.  
de sum. Pont.  
in. Ant. Gabur.  
lib. 5. cap. VII.  
vna 297.

Et inferius.

De reb. gest. Sixti Quinti respice per totam V. lib. precipue in Vaticanano, Laterano, Quirinale, & in tali Basilica.

SIXTVS QVINTVS PONT. MAX. CVPRIS AD LITTVS SVPERI MARIS IN PICENO NATVS, MONTALTI EDVCATVS, F. FÆLIX PERETTVS EX ORD. MINOR. THEOLOGVS, ET CONCIONATOR INSIGNIS, HAERTICAE PRAVITATIS INQVISITOR, SVI ORD. PROCVR. ET VIC. GEN. A PIO IV. PONT. MAX. CVM VGO NE BONCOMPAGNO CARD. LEGATO APOSTOL. IN HISPANIAM MISSVS. PIO V. PONT. MAX. OB SPECTATAE FIDEI ZELVM EXIMIE CARVS, AB EO EPISC. S. AGATHÆ, ET S. R. E. CARD. FACTVS, MAGNISQVE NEGOTIIS ADHIBITVS, SVMMO SACRI COLLEGII CONSENSV PONT. MAX. CREATVS, TOT O PONTIFICATV IVSTITIA, PRVDENTIA, ANIMIQVE MAGNITVDINE FLORVIT.

A dextris.

BEATVM DIDACVM HISPANVM EX ORDINE FRATRVM MINORVM PHILIPPO REGE CATHOLICO SVPLICANTE IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT, CAPTIVS REDIMENDIS PAUPERIBVS IN CVSTODIAM INCLVSIS AD AES ALIENVM DISSOLVENDVM, VIRGINIBVS DOTANDIS FRVCTVS ANNVOS ATTRIBVIT, VICTVM PER VRBEM OSTIATIM QVÆRENTIBVS DOMVM, IN QVA ALERENTVR ÆDIFICAVIT.

A sinistris.

HIPPOLYTO CARD. ALDOBRANDINO LEGATO IN POLONIAM MISSO CONTROVERSIAM INTER AVSTRIACAM DOMVM, ET SIGISMVNDVM POLONIÆ REGEM COMPOSVIT. EXVLVM, ET PERDITORVM HOMINVM LICENTIAM COERCVIT. PVBLCAM TRANQVILLITATEM RESTITVIT. VRBEM ÆDIFICIORVM MAGNIFICENTIA, INPRIMISQVE VATICANA TESTVDINE ORNAVIT, AQVAM FÆLICEM OPERE SVMP TVOSO ADDVXIT.

Clemens Papa Octavus, quamvis in præfenti in sanctæ Mariæ Maioris Basilica non quiescat, tamen ob Illustre sepulchrum illi à Paulo Quinto Pontifice Maximo conditum, velut alibi trademus, cum inscriptione, in quod breui est transferendus, etiam ipse inter hos locum sibi vendicat.

A CLEMENS VIII. PONT. MAX. PATRIA FLORENTINVS, EX ALDOBRANDINA FAMILIA, HIPPOLYTVS ANTE NVNCVPATVS, A PIO V. PONT. MAX. INTER ROM. ROTAE AVDITORES ADSRIPTVS, POSTEA DATARIAE A SIXTO V. PRAEFECT. EXIMIAE ERVDITIONIS, SVMMÆQVE INTEGRITATIS LAVDEM PROMERVIT: AB EODEM SVMMO PONT. IN AMPLISS. CARDIN. ORDINEM ADLECTVS EST, MAIORISQ. PENITENTIARIII HONORE AVCTVS. LEGAT. ETIAM AD SIGISMVNDVM POLONIAE REGEM MISSVS, GLISCENTEM INTER IPSVM, ET RODVLPHVM ELECTVM IMPERATOREM DISCORDIAM SEDAVIT. INNOCENTIO IX. PONT. MAX. VITA FVNCTO AD ECCL. CATHOL. REGIMEN VOCATVS, PRVDENTIA, PIENTATE, VIGILANTIA, CAETERISQ. VIRTVTIBVS CHRISTI VICARIO DIGNIS EXCELLVIT, OMNIVMQ. CONSENSV PONTIFICIBVS VERE MAXIMIS ADNVMERATVS EST.

PACEM INTER POTENTISSIMOS CHRISTIANI NOMINIS REGES, IAM ADDECERTANDVM ARMIS PARATOS COMPOSVIT.

FERRARIAM, QVAMQVAM MAGNO EXERCITV COMPARATO, SINE VLLA SANGVINIS EFFVSIONE APOSTOLICAE SEDI RESTITVIT.

HYACINTHV POLONVM, ET RAYMVNDVM HISPANVM DOMINICANAE SODALITATIS MVLTIS MIRACVLIS CLAROS IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT.

COPIAS SEMEL, ITERVM AC TERTIO IN HVNGARIAM AD TVRCARVM IMPETVM COMPESCENDVM CHRISTIANIS EXTREMA MINUTANTIVM MISIT.

Stephanus de Fossanoua Cardinalis, & velut Sirletus testatur, D. Dominici amicissimus, in hac Basilica requiescit: *Stephanus de Fossanoua Romanus, Presbyter Cardinalis sanctorum duodecim Apostolorum, amicissimus sancti Dominici, ab Innocentio Tertio creatus, iacet in terra, ante sacellum Cardinalis sanctæ Floræ. Et in Archiuio: Stephanus de Fossanoua Rom. Card. SS. duodecim Apost. amicus B. Dominici, ab Innocentio Tertio creatus, iacet in terra in hac Basilica S. Mariæ Maioris.*

Hic

Hic etiam fuit sepultus Petrus Capoccius Cardinalis, de quo hæc legimus.

CARDINE PRAELATVM GENITVM  
DE STIPITE CLARO,  
QVEM REA MORS RAPVIT, INFIMA BVSTA TENET  
CVLTOR IVSTITIÆ RIGIDVS SERVATOR HONESTI  
QVÆQVE DARI VOLVIT PAVCA RETENTA TVLIT  
GENTE CAPOCCINVS PETRVS, DABTVSEST SIBIDVPLEX  
ENSIS ABECCLESIA, QVOD TVEA TVR EAM.  
PRÆTVLIT ARMA LEGI, FEDERICVM SCHISMATE PLENVM  
BELLI IVRE FVGAT, VNDIQVE CLERVS OVAT.  
DONAT OPES LARGVS, LARGO DEPECTORE FVSVS  
GRATIS IN HAC ÆDE VIRGO MARIA TIBI.  
AVRVM VESTIS OPVS, SCVLPSIT MANVS ARTE MAGISTRA.  
MIRA COLUMNA LEVAT, ISTE MINISTRAT OPES,  
CONDIT OPVS, SACRA CONDAS ANIMAMPRECORHVIVS  
SEDIBVS ÆTHEREIS INTEMPERATA PARENS.

In manuscripto huius Basilicæ, ita legitur: *Petrus Capoccius Romanus, Cardinalis Sancti Georgij, ab Innocentio Quarto creatus, iacet in marmoreo tumulo, retro in sacello gentis suæ.*

In Chori pavimento ad dextrum cornu Aræ maximæ, Nicolai Quarti pedibus Petri Cardinalis Columnæ Sepulchrum cernitur.

D. O. M.

PETRA PETRVM TEGITHÆC, ANIMAMQVE FOVET  
PETRA CHRISTVS SIC SALVVS RETINET VTRVMQVE PETRA CHRISTVS  
TRANSLATVS ROMAE DECESSIT AVENIONE  
ANNIS MILLENIS TRECENTVM BISQVE DECENIS  
LENIS ADIVNCTVS CVM SVSPIRIIS QVOQVE MVLTI  
ET LACRIMIS OSSA SVNT HAC CONDITA FOSSA

A STIRPE COLUMNICENA FVIT HIC SIBI VITA SERENA.  
LÆTITIIS PLENA SIT CVM SANCTIS ET ANIMA AMEN.

*De hoc Card. vide Ciaccon. in vita Bonif. viij. & manuscr. in his Basilicæ.*

In hac Basilica Gonsalvus aliàs Guntifalvus Rodericus Cardinalis, & Archiepiscopus Toletanus quiescit; nimirum fecus organum in sepulchro marmoreo eleganter fabricato, cum hac inscriptione.

HIC DEPOSITVS FVIT QVONDAM DOMINVS CONSALVVS EPISCOPVS ALBANENSIS ANNO DOMINI M. CC. LXXXIX. HOC OPVS FECIT IOANNES MAGISTRI COSMAE CIVIS ROMANVS.

Et in Archiuo hæc annotantur: *Gonsalvus Hispanus Episcopus Cardinalis Albanensis à Bonifacio Octavo creatus, iacet in monumento tumulo retro organa.*

Nicolaus Capoccia etiam Cardinalis hic obdormit, & in marmorea tabula effigies cernitur cum inscriptione, quæ illam circumdat.

*Hic Card. fuit creatus à Clem. vi. an. 1350. Legè Matth. Vil. lan. lib. 8. cap. 100. & Ciaccon. in vita Clementis Scati.*

NOBILIS DOMINI NICOLAI CAPOCCIAE VIRI HIC IACET CORPVS EXORTVM DE CAPVCINIS, QUI SPERNENS VITIA, CHRISTO VIXIT AB EIVS ORTV. ITAQVE CONTINVANS AD MORTÈM VSQVE PEREGIT. ECCLESIAM ROMANAM OMNIMODO IVSTE DEFENDENS TAM CONTRA BAVARVM, QVAM CONTRA IMPIOS OMNES. VNDE AVDEMARI B. PRAEPOSITVRAM IN QVA CAPPELLANIAS MAGNIFICÈ TRES DITAVIT, ET EPISCOPATVM VERCELLI, ET CARDINALATVM TITVLI S. VITALIS, ET ALMI, ET PRAESVLAREM SANCTAE CARDINALATVM OBTINUIT TVSCVLANAE, PERVSIOQVE FVNDAVIT MONACHORVM XXV. CONVENTVS, ET SCHOLAS SCHOLARIVM BIS PRAEFATORVM. IN AVENIONE LITIGANTES REGBAT IN AEDE IUVENIS ABSTINENTIA, PORTAVIT CILICIVM QVE. IN ECCLESIA FVNDAVIT HANC CAPPELLAM CAPPELLANORVM TER, QVATER DE SVIS PATERNIS, ATQVE BONIS.

*Testamentū huius Card. adeß in Archiuo.*

O 3 Etad

*Petrus Capoc. Card. ab Innoc. Quarto creatus anno 1344. fuit Archiepres. huius Basilicæ. Ciaccon. in vita Janoc. IV.*

*De hoc Card. Petro vide Ioh. Villanella. lib. 7. cap. 118. & lib. 8. cap. 21. & 22. Ciaccon. & Honor.*

*Nicol. 4. bulla anno 1288. Bonif. viij. anno 1296.*

*In manuscripto legitur: Petrus Columna Card. Sancti Eustachij à Nicol. re. creatus, iacet prope sepulchrum Ioh. Pons. in. ta. quem Lingda. ni. voluit. appo. post 300. annos. fuit translatus of. Ioh. Nicol. re. de loco ad locum Card. etiam of. f. trans. ferretur. manent sunt ca. pilli. rabel. in. mans. capite.*

A. O. VS. V. AE. EA. T. Q. IE. T. EM. DE. 75. 7M. LI. O. TO. IN. TA. RE. IA, TE. CA. M. BVS. TVS. MOS. IAM. RA. MA. , SI. ONE. T. ET. MI. TIS. TO. TER. RCA. DVM. MINI. lis, & de loco miciffi. annus de. lica. f. am. creatus. sancta. F. f. amicus. s. iacet. oris. Hic

Et ad extremum hæc carmina legimus.

HIC VT IN SACRIS DOCTVS,  
VTROQUE IVRE PERITVS,  
HABERE QVOD POTERAT PAVPE-  
RIBVS IPSE DABAT.  
SED MIGRAVIT AD CHRISTVMEIVS  
ANIMA SIC BEATA.  
MILLE TRECENTENO ANNO SE-  
XAGINTA, ET DVO QVATER.  
MARMORE CONSCRIPTVM FIR-  
MAT HOC SE SCIVISSE MATREM,  
PICTOR QVARE PER DICTA LAV-  
DETVR OPERA DEVS.

In Archiuio talis Cardinalis Testamen-  
tum afferuatur, in quo iubet, vt in sanctæ  
Mariæ Maioris Ecclesiam reponant: *Corpus  
meum si in Urbe, vel prope me obire contigerit,  
volo ad ipsam deferri, & sepelli in Ecclesia san-  
ctæ Mariæ Maioris de Urbe in Cappella, seu lo-  
co bonæ memoriæ, D. Petri Capoccij, sancti  
Georgij ad velum aureum Diacon. Cardin. fuit  
sepultus.*

*De hoc Card. vi  
de Ciacon. & Ho-  
naphr. in vita  
Nicolai III. à  
quo fuit creatus  
Cardinalis.  
Nicolai IV. bul-  
lam. an. 1288. &  
Bonif. viij. an.  
1296.  
Ioseph. Villan. lib.  
6. cap. 118.  
& lib. 8. c. 21.  
& 22.*

Iacobus Cardinalis Columna in Chori  
pauimento est repositus ad aram maximam  
velut ex Testamento Agapiti Columnæ ap-  
paret: *Corpus autem meum volo tradi Ecclesia-  
sticæ sepulture secundum loca, & tempora mihi  
incerta, iudicio tamen certo. Si verò Romæ, vel  
in Romana Prouincia decessisse contingat in Eccle-  
sia Beate Mariæ Maioris de Urbe eligo sepul-  
turam ad pedem D. Iacobi patris mei, qui est se-  
pultus ante Altare maius.*

Et Basilicæ manuscripta sic habent: *Iaco-  
bus Columna Cardinalis, iacet ad Altare maius  
in terra.*

*De hoc Cardin.  
vide Platin. in  
vita Urbani VI.  
Houphr. in epi.  
in vita eiusdem  
Urbani VI.  
Hic Card. obiit  
Roma 5 Idus  
Octobr. 1380.  
Ciacon. in vita  
Urbani VI. fuit  
creatus Card. ab  
Urbano VI. an.  
1378. 14. Kal.  
Octobr.*

Agapitus Cardinalis Columna in Naui  
Maiori est humatus prope aram, in qua ma-  
tris Dei Imago colebatur, quod testamento  
cautum est: *Corpus autem meum volo tradi Ec-  
clesiasticæ sepulture secundum loca, & tem-  
pora mihi incerta, iudicio tamen certo. Si verò  
Romæ, vel in Romana Prouincia me decessisse  
contingat in Ecclesia Beate Mariæ Maioris de  
Urbe, que dicitur de Niue, meam eligo sepul-  
turam in nauis illa propinqua imagini Virginitis glo-  
riose, vel ante tabernaculum Virginitis depictæ  
manu Beati Luce, dum tamen sit possibile, vel  
in Cappella, vbi est sepultus D. D. B. M. D.  
Petrus de Colūna Card. vel ad pedes D. Iacobi  
patris mei, qui est sepultus ante Altare maius.*

Cernitur etiam eodem loco eiusdem Aga-  
piti marmorea tabula vnâ cum Insignibus,  
ex qua vix hæc fragmenta eruimus.

A  
..... TENVI REQVIESCIT AGAPI-  
TVS VRNA  
..... EGREGIORVM DECVS ALTVS  
ARMORVM  
..... ATATIS APEX SPECIMENO,  
VERENDVM.  
..... CARDINAL NATVS HONO-  
REM.  
..... PER ADITVS, VARIOSQVE  
RECVRVS  
B ..... LVSTRAVIT, ET ÆQVORA  
MILES  
..... ET FLVITANIS IVRA TE-  
GENTEM  
..... NAS RAPVERVNT FATA SVB  
VMBRAS.

Et ex manuscriptis sic habetur: *Agapitus  
Columna Cardinalis sanctæ Priscæ, ab Urbano  
Papa Sexto creatus, iacet in terra sub lapide mar-  
moreo ad imaginem gloriosæ Virginitis, habet con-  
sumptum Epitaphium, qui obiit anno 1379. die  
nona Decembris.*

Bartholomæus Mezzauacha Cardinalis  
humi iacet, haud procul à Beatæ Virginitis  
Altari, vbi hodie D. Leonis Papæ Sacellum  
adest, & in marmorea tabula id Epitaphium  
notatur.

*Ciacon. in vita  
Urbani VI. à  
quo fuit creatus  
Card. an. 1380.  
14. Kal. Octob.*

HIC REQVIESCIT CORPVS BO-  
NÆ MEMORIÆ REVERENDISSIMI  
IN CHRISTO PATRIS D. D. BARTHO-  
LOMAEI DE BONONIA, TITVLI S.  
MARTINI IN MONTIBVS PRESBY-  
TERI CARDINALIS, QVI OBIIT  
ANNO DOMINI M. CCC. XCIII. DIE  
XX. MENSIS IVNII.

Et in Archiuio hæc apparêt: *Bartholomæus  
Mezzauacha Bononiensis Cardinalis Reatinus  
ab Urbano Sexto creatus, iacet in terra ad ima-  
ginem Beate Mariæ.*

Stephanus Palosius Cardinalis, prope Pre-  
sepium iacebat, in præfenti in nauis facelli  
Præsepis quiescit, vbi in marmorea tabula  
sic legitur:

HIC IACET REVERENDISS. IN  
CHRISTO PATER D. STEPHANVS  
PALOSIVS TIT. S. MARCELLI S. R. E.  
PRESB. CARD. ARCHIPRESB. S. MA-  
RIÆ MAIORIS, QVI OBIIT ANNO  
DOMINI M. CCC. LXXXVIII. MENSE  
APRILIS DIE XXIX. CVIVS ANIMA  
REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

Et in

*Ciacon. in vita  
Urbani VI. à  
quo fuit creatus  
Card. an. 1380.  
19. Kal. Octob.*

Et in Archiuio: *Stephanus Palofius Cardinalis Sancti Marcelli Rom. ab Urbano Sexto creatus, iacet in terra ante Altare sancti Hieronymi.*

*Ciaccon. in vita Ioh. xvij. à quo fuit creatus Card. in prima creatioe, anno Dom. 1405. ppi die idus Iunij. Silet. in manu script.*

Antonius Archionius Cardinalis in Præsepis nauis est repositus propè locum, in quo olim D. Hieronymi Altare apparebat, & hæc inscriptio legebatur:

QVEMPIA ROMVLEO GENVIT NATVRA FAVORI  
TEGMINA CARDINEOS DEDIT B.  
HOC ANTONIVS ARTVS  
HIC APICE ETECTO, SACRIQVE  
AD VINCVLA PETRI  
SEMPER.....VS VRBIS SOLAMEN.  
AMICVM  
LVMINA VT EXTINXIT TERRA  
GERMANA PROFVNDO  
SPIRITVS HOSPITVM MVNDI ME-  
LIORIS ADIVIT.  
ANNO D. M. CCCC V. MENS. IVLII,  
DIE XXVI. OBIIT ANTONIVS  
CARDINALIS DE ARCHIONIBVS.

Ex Archiuio hæc notantur: *Antonius Archionius Roman. Cardinalis sancti Petri ad Vincula ab Innocentio Septimo Papa creatus, iacet in terra ad Altare sancti Hieronymi.*

Franciscus Landus Cardinalis à tribuna leua est collocatus in Præsepis nauis, & sepulchrum marmoreum apparet cum his Carminibus.

LAVDIBVS ÆTERNVM SENIOR CELEBRANDVS IN ÆVVM  
HIC FRANCISCVS HABET CINERES,  
QVEM CLARA CREAVIT  
LANDA DOMVS VENETÆ GRANDISSIMA GENTIS  
ÆTHERÆ VIRTUTE NITENS IVS  
NACTVS VTRVMQVE  
DOCTOR ERAT CLARI LVMINIS  
GRAVIS AVTHOR HONESTI  
IVSTITIÆ SVBLIMIS APEX EXPER-  
TVS HONORES  
ECCLESIAE MERITOS GRADI SIBI  
MERITA SEDIS  
HINC CONSTANTIAE PATRIAR-  
CHAE APPOSITVS VRBI  
HIERSALEM SACRI TITVLVM  
POST CARDINIS ALTVM  
CRVX DEDIT HIC SVMMA PISANI  
LAVDE PEREGIT  
CONCILII FOEDVS GRADI TVNC  
SCEPTRVM TENEBA

A FERVIDA CONSTANTI LENIVIT  
CORDA FVRENTIS  
HIC POPVLI, MONVITQVE ABIENS  
MORTIQVE PARATVS  
INDE SABINENSEM TITVLVM DVM  
PRAESVL AGEBAT  
SPIRITVS AETERNVM CLARVS MI-  
GRAVIT IN ORBEM  
SEPVLTVS IN ECCLESIA SANCTAE  
MARIAE MAIORIS.

In Archiuio sic adest: *Franciscus Landus Episcopus Sabiniensis Cardinalis à Ioanne Vigesimo secundo creatus, in marmoreo sepulchro iacet prope tribunam maiorem.*

Antonius Cassinus Cardinalis, vir summus, à Martino Quinto, & Eugenio Quarto Pontificibus, maximis obeundis occupatus, etiam hic quiescit, velut ex Archiuio: *Antonius Cassinus Senensis Cardinalis S. Marcelli à Martino Quinto creatus, iacet in terra in medio Ecclesie.*

Philippus de Leua Cardinalis, & Eustachius frater à sinistris parui ostij Sanctæ Pudentianæ quiescunt, vbi pulcherrima sepulchra cernuntur, statuis ornata, atque insignibus marmoreis, his cum Elogijs.

PHILIPPVS DE LEVIS TIT. SANCTI  
PETRI, ET MARCELLINI CARDINA-  
LIS ARELATENSIS E GALLIA OR-  
TVS ILLVSTRIS MORIBVS, VIRTU-  
TE ILLVSTRIOR ROMANO PONTI-  
FICE EX CHRISTIANIS FRANCO-  
RVM REGIBVS MAGNO IN PRETIQ  
HABITVS IN SENATVM APOSTO-  
LICVM PROBITATE ADSCITVS,  
OBIIT SVO NATALI MAGNO SVI  
DESIDERIO RELICTO QVIPPE QVI  
CORPORIS, ET ANIMI BONIS PRÆ-  
DITVS, SVMMAQVE AVCTORITA-  
TE POLLENS PROFVIT, QVIBVS  
POTVIT, OBFVIT NEMINI. VIXIT  
ANNOS XL. OBIIT ANNO  
M. CCCC LXXV. PRIDIE NONAS  
NOVEMBRIS.

Ad alterum Sepulchrum, hæc sunt annotata.

DVO FRATRES IACENT EODEM  
CLAVSI SEPVLCHRO PHILIPPVS  
ET EYSTACHIVS PRESBYT. CAR-  
DINALIS FVIT, SED ARCHIEPISCO-  
PVS ARELATENS. VTERQVE.

Et in-

*Ex tractatu Card. Silet. huius Basilicae fuit creatus Card. à Ioan. xvij in r. creatioe, anno 1411. 8. Iulij. Rom. Astore Ciaccon. in vita Ioan. xvij. Ex dicto tractatu fuit creatus Card. à Martino Quinto. Ciaccon. ait an. 1426. 9. Kalen. Ian. in r. Cardin. creatioe.*

*Hic Card. fuit creatus à Sixto Quarto in secunda creatioe, anno 1473. nonis Maij. Ciaccon. in vita Sixti Quarte.*

Et inferius.

SEDENTE INNOCENTIO OCTAVO PONTIFICE MAXIMO, EVSTACHIUS NATIONE GALLVS NOBILILEVORVM GENTE ARELATENSIS ARCHIEPISCOPVS HIC SITVS EST, ANTEQVAM FVIT IN HOC ANTI-STITE FIDES, PIETAS, RELIGIO, SANCTITAS, OB QVAE EVM MERITO PONTIF. MAX. INTER SACRO-SANCTOS SIBI DIVINARVM CÆREMONIARVM ADSISTENTES CONNVMERARI VOLVERVNT, QVI FRATREM PHILIPPVM S. R. E. CARDINALEM, QVI IVXTA SE CVBAT VNICE DILEXISSET IN VITA, IN MORTE QVOQVE, VT TV MV LO ILLI INIVNGERETVR MANDAVIT. VIXIT ANNOS XLII. OBIIT M. CCCC LXXXIX. DIE XXII. MENSIS APRILIS.

*Clae & Onuph. in vita Leon. X. à quo purpuratus fuit in illa maximè omnium Card. creatione, qua 21. Card. creantur, & fuit anno 1511. & Jan. Iulij.*

Et in minori nauì à dextris Tribunæ, Cæfiorum Sacellum apparet, in quo Paulus, & Federicus Cæsius pulcherrimis Sepulchris quiescunt, & effigies à dextra, & læua cernuntur cum his infcriptionibus.

A dextris.

D. O. M.

PAVLO CAESIO S. EVSTACHII DIACONO CARDINALI A LEONE DECIMO ELECTO LIBELLIS GRATIAE SIGNANDIS PRAEFECTO A CLEMENTE VII. AD PRAECIPVAS RES AGENDAS ADHIBITO BASILICÆ ARCHIPRESBYTERO, FEDERICVS CARD. FRATRI BENEMERENTI POSVIT. VIXIT ANN. LVI. OBIIT ANN. SAL. M. D XXXVII. QVINTO NONAS AVGVSTI.

Et in Archiuio: *Paulus Cæsius Romanus Cardinalis Sancti Eustachij à Leone Decimo creatus Archipresbyter iacet in archa gentis suæ.*

A sinistris.

D. O. M.

*Clae. & Homphrius in vita Pauli ij. à quo fuit creatus Card. in 11. creatione an. 1544. 14. Kal. Ian.*

FEDERICO CÆSIO S. R. E. EPISCOPO CARDINALI PORTVEN. QVI HOC SACELLVM, ET ALTERVM IN AEDE BEATAE MARIAE PACIS

AC TEMPLVM D. CATHARINAE VIRGINVM MISERABILIVM FVNDAVIT, ET DOTAVIT ANGELVS CAESIVS PATRVO OPT. POS. VIXIT ANNOS LXIV. MENS. VI. DIES XVI. OBIIT QVINTO KAL. FEBRVARI, ANNO SAL. M. D. LXVI.

Et in Archiuio: *Federicus Cæsius Romanus Episcopus Portuensis, à Paulo Tertio creatus iacet prope sacellum suum in archa marmorea cum statua cærea.*

In minori nauì secus organum Crescentij Cardinalis sepulchrum apparet ex marmore perpolitè constructum, cum hac infcriptione.

*Homphrius, & Claeon. in vita Pauli ij. Baron. tom. 10. ad ann. 956. de familia Crisera loquunt.*

D. O. M.

MARCELLO CARDINALI CRESCENTIO, QVI OB INSIGNEM PRÆSTANTISSIMI INGENII LAVDEM XXV. ANN. NATVS A CLEMENTE SEPTIMO ROTAE AVDITOR, DEINDE EPISCOPVS FACTVS A PAVLO TERTIO S. R. E. PRESBYT. CARD. CREATVS PRINCIPVM VIRORVM, REGVMQVE INPRIMIS GRATIA, ET BENEVOLENTIA FLORVIT SVB IVLIO TERTIO BONONIAE PERPETVVS TRIDENTINI CONCILII SOLVS APOSTOLICAE SEDIS LEGATVS IN ORTHODOXÆ FIDEI CAUSA CVM TOTVS INCVMBERET GRAVI MORBO CONSUMPTVS, VERONÆ DECESSIT, ANNO AETATIS SVÆ LII. SALVT. M. DLII. V. KALEN. IVNII. ALEXANDER CRESCENTIVS SVI BENEMERENTI M. ET SIBI, ET POSTERIS SVIS T. F. F. MARIVS CRESCENTIVS HIPPOLYTI FIL. ALEXANDRI NEP. MARI PRONEP. FECIT. M. DLXXXIX.

In quo Guido, & Alexander Sfortia Cardinales quiescunt, & duo marmorea sepulchra miræ pulchritudinis cum imaginibus cernuntur.

*Clae. & Homphrius in vita Pauli ij. à quo fuit creatus Card. in 1. Card. creatione, anno 1534. 21. Maij.*

A dextris.

D. O. M.

GUIDONI ASCANIO SFORTIAE CARDINALI, PAVLI TERTII PONT. MAX. NEPOTI BONONIAE, ET FLAMINIAE LEGATO, ATQVE HVIVSCE BASILICAE ARCHIPRESBYTERO. ALE-

ALEXANDER CARDINALIS SFORTIA FRATRI DESIDERATISSIMO. VIXIT ANNOS XLV. MENSES DECIM, DIES DVODECIM. OBIIT ANNO M. D. LXIV. NONIS OCTOBRIS.

In Archiuio: *Guido Afcanius Sfortia Sancte Romane Ecclesie Camerarius, Archipresbyt. à Paulo Tertio creatus, iacet marmoreo sepulchro in eius sacello.*

A sinistris.

ALEXANDER SFORTIA S. R. E. CARDINALIS, PAVLI TERTII PONTIFICIS MAXIMI NEPOS, BONON. ET FLAMIN. SVB PIO QVINTO, ET GREGORIO XIII. LEGATVS SIGNATVRAE IVSTITIAE FRAEFECTVS, HVIVSQVE BASILICAE ARCHIPRESBYTER SIBI MORTIS MEMOR POSVIT, ANNV M AGENS XLVII.

In Archiuio: *Alexander Sfortia Cardinalis à Pio Quarto creatus, Baslica huius Archipresbyter, viuens sibi sepulchrum posuit in suo sacello.*

Guido Ferrerius in eadem navi conditur marmoreo sepulchro, effigie exornato cum hac inscriptione, ex qua etiam Petrum Franciscum Ferrerium Cardinalem humatum esse deprehenditur.

D. O. M.

GUIDO FERRERIVS TITVLI SS. VITI, ET MODESTI, S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS, VT VIVENTI PATRVO PETRO FRANCISCO CARDINALI, ET DIGNITATE, ET VOLVNTATE CONIUNCTISSIMVS FVIT, ITA MORIENS CORPORE AB ILLO NOLVIT ABESSE, CVM QVO ETIAM SVMMA DEI BENIGNITATE FRETVS CAELESTI, AC SEMPI-TERNA FELICITATE SE FRVITVRVM SPERAT. OBIIT DIE XVI. MAII, ANNO M. D. LXXXV.

Petri Francisci Cardinalis inscriptio hac est.

D. O. M.

PETRO FRANCISCO FERRERIO TITVLI S. ANASTASIAE, S. R. E.

PRESBYTERO CARDINALI, IOANNIS STEPHANI BONONIEN. ET BONIFATHI PORTVENS. CARDIN. EX FRATRE NEPOTI PHILIBERTI EPORIDIENS. CARDIN. FR. GVIDO CARDIN. VERCELLENS. PATRVO OPTIMO, ATQVE OPTIME DE SE MERITO POSVIT. VIXIT ANNOS LIV. OBIIT ANN. SALVT. M. DLXVI. PRIDIE IDVS NOVEMB.

B Et de Guidone ita in Archiuio: *Guido Cardinalis Ferrerius à Pio Quarto creatus, viuens sibi sepulchrum posuit propè sacellum Cardinalis Caesij cum effigie.*

In maiori navi ab Arae maximae laua-  
haid procul Praesepis Sacellum, Decij Azolini Cardinalis sepulchrum adest, vna cum effigie ad viuum exprimente, vbi haec annotantur.

D. O. M.

C DECIO AZOLINO FIRMANO S. R. E. CARDINALI, QVI FIDEM, ET INTEGRITATEM SVAM SIXTO QVINTO PONTIFICI MAXIMO, IN CARDINALATV PRIMVM, DE INDE IN PONTIFICATV ITA PRAEBVIT, VT ANNI SPATIO AD SVMMAS DIGNITATES MERITO EIVS SIT ETECTVS, MAIVS IN DIEM PROBITATIS SVAE DATVRVS SPECIMEN, NISI IMMATVRA MORTE PRAEREPTVS IN MEDIO VITAE CVRSV DEFECISSET. VIXIT ANNOS XXXVII. MEN. S. III. DIES IX. OBIIT AN. M. DLXXXVII. IOANNES BAPTISTA CARDINALIS CASTRVCIVS MEMOR AMICO OPTIMO POSVIT.

Et ibidem in pavimento.

D. O. M.

D E DECIO AZOLINO FIRMANO S. R. E. CARD. ET HVIVSCE BASILICAE ARCHIPRESB. A SIXTO V. PONT. MAX. CVI A SECRETIS ERAT OB PERPETVAM FIDEM, ET IN REBVS AGENDIS PRVDENTIAM AD CARDINALATVM ASSVMPTO, ET POST XXI. MENSES EXTINCTO AETATIS SVAE ANNO XXXVIII. M. D. LXXXVII. P. D. M. PII, GRATIQVE ANIMI SVI MONVMENTVM BENEMERENTI POSVERE.

Cardi-

Hemphius & Ciaccon. in vita Paulij. ad ann. 1561. familia Orsina legum.

Ciaccon. & Honupherius in vita Pij IV. à quo fuit creatus Card. in 4. Card. creatione. anno 1565. 12. Martij.

Ciaccon. & Petramel. in vita Sixti Quinti.

Ciaccon. & Honupherius in vita Paulij. ad ann. 1561. familia Orsina legum.

Vide dist. auctoris in vita Pij Quarti. à quo fuit creatus Card. in 1. Card. creatione. anno 1561. 4. Kal. Martij in 2. creatione.

*Quinti, fuit eras-  
sus; anno 1565.  
12. Martij, 4.  
erantione à Pio  
Quarto.*

Cardinalis Sanctacrucius in eadem nau-  
A conditur in pulcherrimo sepulchro, varijs  
marmoribus egregie constructo, & his ver-  
bis insignito.

D. O. M.

PROSPERO SANCTACRVCIO S. R. E.  
CARDIN. EPISCOPO ALBANENS.  
QVI OB EXIMIAS ANIMI, INGENIIQ.  
VIRTVTES, POST PRIMARIA PALA-  
TINA OFFICIA, ET ECCLESIASTI-  
CAS DIGNITATES A PIO QVARTO  
PONTIFICE MAXIMO CARDINALIS  
CREATVS, LEGATIONIBVS GERMA-  
NICA, LVSITANICA, HISPANICA,  
ET GALLICA, FLAGRANTE IN TE-  
STINO BELLO PROVINCIA EGREGIA  
CVM LAVDE FVNCTVS, MA-  
XIMISQVE TOTO VITAE CVRSV  
PRO REPUBLICA SVSCEPTIS LABO-  
RIBVS, OBIIT AETAT. ANN. LXXVI.  
M. D. LXXXVI. MARCELLVS EX  
FRATRE NEPOS POSVIT.

In maiori nau, qua minori ianuz adiun-  
gitur ad sacrum fontem, sepulchrum Car-  
dinalis Toleti videmus cum Imagine, &  
insignibus, nec non elogio porphyreticis  
impresso.

D. O. M.

FRANCISCO TOLETO CORDVB. D  
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI,  
SVMMO THEOLOGO, VERBI DEI  
PRAEDICATORI EXIMIO, IN REBVS  
MAGNIS A GENDIS CONSILIO, ET  
PROVIDENTIA SINGVLARI, QVI  
OB EXCELLENTEM VIRTVTEM,  
ET MERITA PRÆCLARO CLEMEN-  
TIS OCTAVI PONTIFICIS MAXIMI  
IVDICIO PRIMVS IN SOCIETATEM  
IESV AMPLISSIMAM DIGNITATEM  
INTVLIT. VIXIT ANN. LXIII. MEN-  
SES XI. DIES DECEM. OBIIT ANNO  
M. D. XCVI. DIE XIV. SEPTEMBRIS.

*Cince. & Petra-  
mellar. de hoc  
Cardinali tra-  
ctant*

SANCTA DEI GENITRICE HÆ-  
REDE INSTITVTA PRESBYTERIS  
QVI AD EIVS ALTARE MISSAS CE-  
LEBRAVERINT, CENSVM PERPE-  
TVO ATTRIBVI IVSSIT. BENEDI-  
CTVS IVSTINIANVS, ET PETRVS  
ALDOBRANDINVS CARD. D. EXE-  
CVTORES TESTAMENTARII COL-  
LEGAE OPTIMO, ET CAPITVLVM,

ET CANONICI HVIVS BASILICAE  
VIRO AMPLISSIMO, ET OPTIME  
DE SE MERITO POSVERVNT.

Philippus Boncompagnus Gregorij XIII.  
nepos, & Cardinalis, etiam hic quiescit, &  
ante Ciborium vbi Deiparæ Imago coleba-  
tur, humi marmorea tabula cum epitaphio  
cernitur.

PHILIPPO BONCOMPAGNO S. R. E.  
CARDINALI S. SIXTI, GREGORII  
XIII. PONT. MAX. EX FRATRE NE-  
POTI, MAIORI POENITENTIARIO,  
ATQVE HVIVS BASILICAE ARCHI-  
PRESB. BONCOMPAGNVS PATER.  
ET CHRISTOPHORVS ARCHIEPISC.  
RAVENNAS, HIERONYMVVSQ. FRA-  
TRES FACIENDVM CVRARVNT.  
VIXIT ANNOS XXXVIII. OBIIT VII.  
IDVS IVNII. M. DLXXXVI.

Dominicus Pinellus Cardinalis, in hac  
Basilica est conditus, & sepulchrum ante  
Aræ maximæ confessionarium adest.

*De Card. Domi-  
nico Pinello, ex  
de Ciaccon.*

DOMINICVS PINELLVS  
CARDIN. ARCHIPRESBYTER VI-  
VENS NOVISSIMA COGITANS SIBI  
FIERI MANDAVIT. ANNO IVBILÆI  
M. DC. ÆTATIS LX. OBIIT ANNO  
DOMINI M. DC. XI. QVINTO IDVS  
AVGVSTI.

Marianus Perbenedictus Cardinalis in  
Basilica quiescit, marmoreo sepulchro vna-  
cum effigie constructo ..... in minori nau  
hui haud procul Sixti V. sacellum hæc no-  
tantur.

D. O. M.

MARIANO BERNEDICTO S. R. E.  
CARDINALI DE CAMERINO EPI-  
SCOPO TVSCVLANO, QVI AVITAM  
NOBILITATEM MVLTIPlici DO-  
CTRINA, VITAE INTEGRITATE,  
SCELERVM ODIO, REI CATHOLI-  
CAE, ECCLESIASTICAE LIBERTA-  
TIS, ET PVBLICI BONI ACRI STV-  
DIO ILLVSTRAVIT. A GREGORIO  
DECIMOTERTIO ABBAS, ET EPI-  
SCOPVS MARTIRANI. A SIXTO  
QVINTO PRAEFECTVS VRBIS, ET  
CARDIN. CREATVS. A GREGO-  
RIO DECIMOQVARTIO AMPLIORI  
CVM

CVM POTESTATE AB INNOCENTIO NONO, CLEMENTE OCTAVO, LEONE VNDECIMO, TRIBVNALIBVS ECCLESIASTICAE DITIONIS, ET POLITICIS CONSVLATIONIBVS PRÆPOSITVS. A.S.D.N. PAVLO QVINTO, DONEC SCIPIONEM BVRGHESIVM NEPOT. VOTIS COMMVNIBVS CARDINALEM DARET. NEGOTIIS OMNIBVS ECCLESIASTICI STATVS ETIAM MILITARIBVS PRAEFECTVS, QVIBVS ALIIS MVNERIBVS PRAECLARE GESTIS OBIT ANNO ÆTATIS LXXII SALVTIS CÏD. ID. CXI. DECIMOTER-


*Peramellar. ait  
fuisse creatum  
Card. an. 1589  
13. Cal. Ian.*

ATIO KALENDAS FEBRVARII. MARINVS PERBENEDICTVS NEPOS, ET HAERES PATRVO DE SE BENERITO, MOESTISS. P. C.

Neque verò prætereundus videtur Ioannes Patritius, qui vt viuens tali Basilicæ semper animo hærebat, sic moriens corpore testatus est, dum in illa humatum audimus, his verbis porphyretico monumento insculptis.

IOANNIS PATRITII HVIVS BASILICAE FVNDATORIS SEPVLCHRVM.

FINIS LIBRI NONI.



BASI

*De Card. Lino  
nisi Hinc. o  
de Clau.*